



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXIX. De poena adulterorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

CLEMENTS RAVENNATE II. HENRICVS VII.
P.V. IMP. 799

ANNO
CHRISTI
1301.

est per Canones imponenda, a liminibus ecclesiæ
arceatur per mensem: & si pluries correctus se
non emendauerit, in morte denegetur sibi ecclæ-
siastica sepultura, vt, iuxta propheticum oraculum,
cum benedicentibus Deum consortium non ha-
beat in eadem.

R V B R I C A XXVIII.

Cum proprii pastoris siue iudicis sententia sit
timenda, hoc minus considerant & attendunt
qui excommunicationis sententiam maxime con-
temnentes in sua obstinata & pertinaci contumacia
indurescunt, nec curant satisfactione præsti-
ta in commissis absolutionis beneficium impetra-
re; volentes talium cancerato morbo succurrere
medicamine salutari, statuimus, & perpetua stabili-
tate firmamus, quod quicumque de cetero ex-
communicationis, vel suspensionis, vel interdicti,
sententiam animo sustinuerit per annum indura-
to, et si in morte beneficium absolutionis satisfa-
ctione præstata meruerit obtinere, nihilo minus
tamen in poenam contumaciæ ecclesiastica careat
sepultura; salua illorum poena qui pro haeresi vel
ipsius suspicione arctius percelluntur, iuxta cano-
nicas sanctiones. Etiam propter hoc in poenam
centum solidorum, denar. monetæ ipsius ciuitatis,
cuius larem fouent, incurvant ipso facto.

R V B R I C A XXIX.

Cum de matrimonio loquens dicat Aposto-
lus, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem*, Ephes. 5.

& adhærebit uxori suæ, hoc minus recogitant &
ANNO
CHRISTI
1511.
 attendunt, qui propria temeritate, repulsis vxori-
 bus, vel, quod est scelestius, ipsis retentis, superin-
 dicunt adulteras, & cum eisdem habitant impu-
 dice in Domini institutoris matrimonii offensam,
 animarum suarum periculum, & fidelium scanda-
 lum, & maxime vicinorum: ad quorum impudi-
 cam contumaciam radicitus extirpandam, statui-
 mus, & perpetua stabilitate firmamus, quod nisi
 tales moniti seorsum per proprium sacerdotem,
 resipuerint cum effectu, repulsis prorsus adulteris,
 ad denuntiationem sacerdotis, vel parochialis præ-
 dicti, dioecesanus teneatur ex officio procedere
 contra eos per censuram ecclesiasticam, usque ad
 excommunicationis sententiam: quam si susti-
 nuerint per mensem animo indurato, adulteris
 non repulsis, et si in morte de prædictis satisfe-
 rent cum effectu, nihilo minus tamen in ipsorum
 contemptum & pœnam ecclesiastica careant se-
 pultura. Per hoc tamen non intelligatur eis per-
 missum, quod tenere possint focarias, etiam solu-
 tas; illud rememorantes quod scriptum est: *Forni-
 catores & adulteros iudicabit Dominus*: sed contra
Heb.13.
 tales ad arbitrium ordinarii procedatur.

RVBRICA XXX.

Psal. 40. Cum, iuxta Prophetam, *Beatus qui intelligit su-*
LNC. 11. *per egenum & pauperem*, & Dominus dicat in eu-
angelio, Date eleemosynam, & omnia munda erunt,
 & bona ecclesiarum sint pauperum, statuimus
 quod de cetero, & prout saepius & melius poterit,
 fiant